PSALTERIUM
St. Gallen oder Regensburg, 2. Drittel 9. Jh. Seite 175r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Dñs adextris tuis · confregit in die ire sue reges ⁊
Iudicabit in nationibus implebit ruinas · conquassabit capita in terra multorum ⁊
De torrente in uia bibet · propter ea exaltabit caput ⁊

ALLELUIA ⁊

Congregatio iustorum undiq· collecta · confiteri ac laudare se dicit dñm ⁊

CONFITEBOR tibi dñe in toto corde meo · in consilio iustorum & congregatione ⁊
Magna opera dñi · exquisita in omnes uoluntates eius
Confessio & magnificentia opus eius · & iustitia ei manet

Iudicare nationes perhibet · propter peccata communia ⁊ implet enim ruinas · quando de cordibus humanis facit peccata corruere · et emendatione sa liberrima disperire ⁊ Capita quassabit illorum utiq· qui caput non habent xpm · sed diabolum ⁊ cum fuerint correcti a capite suo · sine dubitatione quassantur ⁊ Terra multorum est · quae peccatores abundanter enutrit ⁊

Quamuis hoc nomen laudis · alleluia generale esse uideatur · Tamen ibi maxime ponitur · ubi magna exultatione gaudetur ⁊

Magna opera dñi · rectos dicit qui ante peccatores erant ⁊ quid enim magnificentius · quam de impio facere iustum · De hoste filium ⁊ exquisita · idest singularis peracta · cui nihil simile potest repperire ⁊

Dñs adextris tuis · dicitur in principio · sede adextris meis ⁊ si ipse ad dexteram patris sedet · quomodo rursum pater sedet ad dexteram filii? quod ideo dictum est · ut cum haec uicissitudo aequalis ponitur · maius hic aut minus aliquid nullo modo sentiatur ⁊ Reges illos · sig qui in unum conuenerunt aduersus xpm ⁊ hos confregit · quando eorum superbia prostrauit ⁊

Torrens fuit turbulenta persecutio iudaeorum · de qua dñs xps bibit in uia · idest in hac uita · dum eam in corpore pertulit ⁊ exaltabit caput · idest qui se humiliauerat · ipse se exaltauit · qui est omnium caput ⁊

Confitentur enim et qui peccata deplorant · idem et qui dño gratias referunt ⁊ sed illud in lacrimis · istud in gaudio est · quando iste uoces in futuro saeculo continue sunt ⁊ consilium iustorum est · quando beati cum dño apostoli sedebunt super xii sedes iudicantes ⁊ congregatio est · corona beata de diuersis partibus mundi adunata ⁊

Laudabilia enim sunt ualde et decora quae dñs fecit ⁊ Iustitia eius manet in sclm scli · cum peccatoribus dicit ⁊ Ite in ignem aeternum ⁊ uel quando fideles aduoca